



Cor Dulcis

[Audio [SoundCloud](#)]



Cor dulce, cor amabile
amore nostri saucium
amore nostri languidum,
fac sis mihi placabile.

Vindex, reis irascitur
Deus, sed, ut te respicit,
placatus iras abjicit,
et fulmen obliviscitur.

Grande reclusum vulnere
Amor dedit te pervium
Amor reclusit ostium
Hortatur et pervadere

Quosabluisti sanguine
Venis apertis omnibus
Nos intimis recessibus
Semel receptos contine

Jesu Patris cor unicum
puris amicis mentibus
puris amandum cordibus
in corde regnes omnium.